



**Examen VWO**

**Latijn**

Voorbereidend  
Wetenschappelijk  
Onderwijs

19|**97**

Tijdvak 2  
Dinsdag 17 juni  
9.00–12.00 uur

**Tekstboekje**

## Tekst 1

1 — 1 Haec agenti portentum terribile visum: anguis ex columna lignea elapsus cum  
2 terrorem fugamque in regiam fecisset, ipsius regis non tam subito pavore perculit pectus  
3 quam anxiis implevit curis. Itaque cum ad publica prodigia Etrusci tantum vates  
4 adhiberentur, hoc velut domestico exterritus visu Delphos ad maxime inclitum in terris  
5 oraculum mittere statuit. Neque responsa sortium ulli alii committere ausus, duos filios per  
6 ignotas ea tempestate terras, ignotiora maria in Graeciam misit. Titus et Arruns profecti;  
7 comes iis additus L. Iunius Brutus, Tarquinia, sorore regis, natus, iuvenis longe alius ingenio  
8 quam cuius simulationem induerat. Is cum primores civitatis, in quibus fratrem suum, ab  
9 avunculo interfectum audisset, neque in animo suo quicquam regi timendum neque in  
10 fortuna concupiscendum relinquere statuit contemptuque tutus esse ubi in iure parum  
11 praesidii esset. Ergo ex industria factus ad imitationem stultitiae, cum se suaque praedae  
12 esse regi sineret, Bruti quoque haud abnuat cognomen ut sub eius obtentu cognominis  
13 liberator ille populi Romani animus latens opperiretur tempora sua. Is tum ab Tarquiniis  
14 ductus Delphos, ludibrium verius quam comes, aureum baculum inclusum corneo cavato  
15 ad id baculo tulisse donum Apollini dicitur, per ambages effigiem ingenii sui. Quo  
16 postquam ventum est, perfectis patris mandatis cupido incessit animos iuvenum sciscitandi  
17 ad quem eorum regnum Romanum esset venturum. Ex infimo specu vocem redditam  
18 ferunt: imperium summum Romae habebit qui vestrum primus, o iuvenes, osculum matri  
19 tulerit. Tarquini, ut Sextus, qui Romae relictus fuerat, ignarus responsi expersque imperii  
20 esset, rem summa ope taceri iubent; ipsi inter se uter prior, cum Romam redisset, matri  
21 osculum daret, sorti permittunt. Brutus alio ratus spectare Pythicam vocem, velut si  
22 prolapsus cecidisset, terram osculo contigit, scilicet quod ea communis mater omnium  
23 mortalium esset. Reditum inde Romam, ubi adversus Rutulos bellum summa vi parabatur.

2 — 24 Ardeam Rutuli habebant, gens, ut in ea regione atque in ea aetate, divitiis  
25 praepollens; eaque ipsa causa belli fuit, quod rex Romanus cum ipse ditari, exhaustus  
26 magnificentia publicorum operum, tum praeda delenire popularium animos studebat,  
27 praeter aliam superbiam regno infestos etiam quod se in fabrorum ministeriis ac servili  
28 tam diu habitos opere ab rege indignabantur. Temptata res est, si primo impetu capi Ardea  
29 posset: ubi id parum processit, obsidione munitionibusque coepti premi hostes. In his  
30 stativis, ut fit longo magis quam acri bello, satis liberi commeatus erant, primoribus tamen  
31 magis quam militibus; regii quidem iuvenes interdum otium convivii comisationibusque  
32 inter se terebant. Forte potantibus his apud Sex. Tarquinium, ubi et Collatinus cenabat  
33 Tarquinius, Egeri filius, incidit de uxoribus mentio. Suam quisque laudare miris modis; inde  
34 certamine accenso Collatinus negat verbis opus esse; paucis id quidem horis posse sciri  
35 quantum ceteris praestet Lucretia sua. 'Quin, si vigor iuventae inest, conscendimus equos  
36 invisimusque praesentes nostrarum ingenia? Id cuique spectatissimum sit quod necopinato  
37 viri adventu occurrerit oculis.' Incaluerant vino; 'Age sane' omnes; citatis equis avolant  
38 Romam. Quo cum primis se intendentibus tenebris pervenissent, pergunt inde Collatiam,  
39 ubi Lucretiam haudquaquam ut regias nurus, quas in convivio lusuque cum aequalibus  
40 viderant tempus terentes, sed nocte sera deditam lanae inter lucubrantes ancillas in medio  
41 aedium sedentem inveniunt. Muliebris certaminis laus penes Lucretiam fuit. Adveniens vir  
42 Tarquiniique excepti benigne; victor maritus comiter invitat regios iuvenes. Ibi Sex.  
43 Tarquinius mala libido Lucretiae per vim stuprandae capit; cum forma tum spectata  
44 castitas incitat. Et tum quidem ab nocturno juvenali ludo in castra redeunt.

*Livius, Ab urbe condita 1. 56.4-59.2*

## Tekst 2

Ovidius schrijft over de gebeurtenissen tijdens het beleg van Ardea:

721 De vaandels der Romeinen sluiten zich rond Ardea;  
722 gelaten ondergaat de stad een slepende belegering.  
723 Men heeft de tijd, de vijand waagt het niet te vechten.  
724 Er wordt gedobbeld in het kamp, soldaten hebben niets te doen.  
.....  
729 “Zeg, ons echtelijk bed wordt toch niet beslapen door een ander?  
730 Wat denk je, geven onze vrouwen nog om ons?”

Ovidius, *Fasti* 2, 721-730

## Tekst 3

De 17e-eeuwse Nederlandse dichter P.C. Hooft heeft een reeks tweeregelige gedichtjes geschreven die dienden als bijschriften bij afbeeldingen van gebeurtenissen uit de Romeinse geschiedenis. Twee voorbeelden van deze gedichtjes zijn hieronder afgedrukt:

1 d’Hoovaardige Tarquijn veld’ d’hoogste bloemen neer.  
2 Dat’s, slaat de hoofden; de gemeent’ is uit der weer.<sup>1)</sup>  
.....  
3 ’t Heiligst dat Lucrees haar man had toegewijd  
4 Rooft Sextus ’s konings zoon, uit dulle<sup>2)</sup> brand en nijd.

## Tekst 4

Livius schrijft in de *praefatio* op zijn werk *Ab urbe condita*:

1 Wat wordt verteld van vóór de stichting of het voornemen tot stichting van de stad is  
2 eerder passende stof voor poëtische fictie dan voor deugdelijke historische geschriften en  
3 ik ben niet van plan het te bevestigen of te weerleggen. We vergeven het de mensen van  
4 lang geleden graag dat zij het menselijke en het goddelijke niet gescheiden houden en  
5 daarmee de oorsprong van hun steden grotere glans verlenen; en als er één volk is dat zich  
6 mag permitteren zijn eerste begin onsterfelijk te maken en aan goddelijk ingrijpen toe te  
7 schrijven, dan is dat het Romeinse volk: dat heeft zoveel roem verworven in de oorlog dat,  
8 wanneer het uitgerekend Mars zijn vader en vader van zijn stichter noemt, de mensheid  
9 dat net zo gemakkelijk accepteert als zijn opperheerschap. Maar, hoe men ook over deze  
10 en dergelijke dingen mag denken, ik zal er geen punt van maken. Wat mij betreft, moet  
11 ieder voor zich zijn aandacht daarop concentreren wat hun manier van leven, wat hun  
12 mentaliteit is geweest, door toedoen van welke mannen en met welke middelen in vrede  
13 en oorlog hun heerschappij is verworven en uitgebreid. Laat hij daarna in gedachten  
14 volgen hoe door het langzamerhand vervagen van het normbesef de morele waarden eerst  
15 als het ware uit hun voegen raakten, vervolgens meer en meer gingen afglijden, daarna in  
16 de afgrond begonnen te storten, totdat onze eigen tijd bereikt is, waarin wij onze

noot 1 Dat’s, slaat de hoofden; = Dat wil zeggen, hij doodt de voornaamsten; de gemeent’ is uit der weer. = de gemeenschap is weerloos.

noot 2 dul = dol, waanzinnig



17 ondeugden al evenmin kunnen verdragen als de middelen om ze te bestrijden. De  
18 heilzame en vruchtbare uitwerking van het bestuderen van de geschiedenis ligt speciaal  
19 hierin dat je allerlei leerzame voorbeelden uit het verleden in een aanschouwelijke vorm  
20 onder ogen krijgt; daaruit kun je voor jezelf en voor je land halen wat je moet navolgen en  
21 wat je, kwalijk als het is van begin tot eind, moet vermijden.

—  
— *Livius, Praefatio 6-11; vertaling Harke Bremer*  
—

## Tekst 5

Het onderstaande citaat handelt over de invloed van de antieke geschiedschrijvers in latere tijden, in het bijzonder tijdens revolutionaire perioden.

1 Wat auteurs als Livius, Tacitus, Cicero en Sallustius gemeen hebben is de nadruk op  
2 misstanden uit hun eigen tijd en deugden uit het verleden en het hartstochtelijk afgeven  
3 op autocratie, waarmee zij wel een gevoelige snaar moesten raken bij rusteloze jonge  
4 Fransen. Toen zij bijvoorbeeld ontdekten hoe Sallustius de corruptie van de nobiles aan de  
5 kaak stelde, lazen zij hem als een tijdgenoot. Ironisch genoeg was het Livius – de meest  
6 conservatieve historicus, Augustus' hof-mythograaf – die de meeste brandstof leverde voor  
7 de vlam van de revolutie.

—  
— *Martin Murphy; in het tijdschrift Omnibus*  
—

## Afbeelding



## Tekst 6

De Tarquiniï zijn sinds kort uit Rome verjaagd. Vanuit het Etruskische gebied ondernemen de verdreven koning en zijn zoons een veldtocht om de macht terug te veroveren. Wanneer zij in het Romeinse gebied zijn aangekomen, gaan de beide consuls, Valerius en Brutus, de vijand tegemoet.

1 Valerius quadrato agmine peditem ducit; Brutus ad explorandum cum equitatu antecessit.  
2 Eodem modo primus eques hostium agminis fuit; praeerat Arruns Tarquinius, filius regis;  
3 rex ipse cum legionibus sequebatur. Arruns ubi ex lictoribus procul consulem esse, deinde  
4 iam propius ac certius facie quoque Brutum cognovit, inflammatus ira “Ille est vir” inquit,  
5 “qui nos extorres expulit patria. Ipse – en – ille nostris decoratus insignibus magnifice  
6 incedit. Di regum ultores adeste!” Concitat calcaribus equum atque in ipsum infestus  
7 consulem derigit. Sensit in se iri Brutus. Decorum erat tum ipsis capessere pugnam  
8 ducibus; avide itaque se certamini offert; adeoque infestis animis concurrunt – neuter, dum  
9 hostem vulneraret, sui protegendi corporis memor – ut contrario ictu per parmam uterque  
10 transfixus moribundi ex equis lapsi sint.

*Livius, Ab Urbe Condita 2.6.5-9*

regel 1	<b>quadratus</b> op de slag voorbereid
regel 2	<b>eques</b> ruitery
	<b>primus esse</b> de voorhoede vormen
regel 3	<b>ex</b> op grond van de aanwezigheid van
	<b>procul</b> vanuit de verte
regel 4	<b>cognovit</b> <i>Verbonden met een accusativus cum infinitivo</i> (merken) en een direct object (herkennen).
regel 5	– en – – kijk toch eens –
regel 7	<b>iri</b> <i>De infinitivus passief wordt hier onpersoonlijk gebruikt.</i>
regel 8	<b>dum</b> als ..... maar
regel 9	<b>memor</b> + <i>genitivus</i> erop bedacht om
	<b>contrarius ictus</b> een lansstoot over en weer

Einde